



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Princeps Quoad Repressalias

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

secularis. Adde, quod multi negant hoc Privilegium & praxim nostrorum regnorum nullificat ob tolerantiam summi Pontificis Sed contra hos esset Blondus de cens. disp. 5. art. 26. num. 3. & omnes expositores Bullae Coenae part. 1. tract. 2. ref. 13. part. 4. tractat. 1. ref. 9. & part. 5. tra. 1. resolutione 12. Vide Verb. Consuetudo, num. 3.

Et requiritur etiam ad collectandos ecclesiasticos.
 11 Octavo, non potest Princeps colligere Ecclesiasticos, ut dictum est V. Gabelas imponere, nec conferre beneficia Ecclesiastica, ut diximus V. Consuetudo num. 3. abique privilegio Summi Pontificis. Quod tamen privilegium si adest, quomodo cumque concessum sit, potest a Summo Pontifice ad libitum abrogari, & secundum aliquos de facto abrogatur singulis annis per Bullam Coenae. Vide V. immunitas ecclesiastica a num. 11. ubi num. 7. inuenies, Principes non posse recuocare privilegia Ecclesiis concessa per semetipsos.

Denique non potest prohibere fundationem Ecclesiarum.
 12 Nono, Princeps non potest prohibere de Ecclesia in suo statu absque sua licentia & discentur. Vide Verb. Ecclesia, numerat.

Aus legitime clerici aut filium Clerici.
 13 Decimo, Princeps non potest legitime filium Clerici Clericum etiam ipsum. Nam esto Princeps possit concedere Clericis privilegium, e. h. u. de iud. tamen hoc non est solum privilegium, sed etiam praedictum, exercendo aliam iurisdictionem. Pontius lib. 11. c. 6. n. 9. contra Couarvium 2. p. de spons. c. 8. §. num. 19. Imo aliqui id docent etiam de laico filio illegitimo Clerici, quod Petrus de Greg. in sin. ag. lib. 10. c. 4. testatur decisum in Senatu Parisiensi. part. 1. sr. 2. ref. 112. Adde quod laicus legitimatus a Principe in saeculo, si fiat ecclesiasticus non manet dispensatus ad Ordines, & Praelaturas. Vide V. Rex numero. 4. An Princeps concedere possit, ut quis ludo domum exponat, vide V. Ludus. num. 5. & quae tradit. part. 7. sr. 1. per totum.

14 Undecimo Principi non competit electio Episcoporum Nam etsi in hoc se aliquando intermiserint. part. 10. tract. 1. resolut. 1. tamen reclamant Pontifices & Concilia. Ibid. ref. 6. Modo Reges

Hispaniarum & Galliarum, aliique ex privilegio Summi Pontificis nominant, & Papae praesentant 16. ref. 7.

PRINCEPS

Quoad Repressalias.

15 **R**epressalia dicuntur compensationatio damni illati intercedere potestates diuersae reipublicae de donis ciuibus etiam innocentium. Secundum Lias. Loicam in 2. 2. quest. 40. art. 2. sect. 3. disp. 52. in append. numero 15. illicitae sunt, & a Principe petiti non possunt, quia utroque iure damnantur, aut. ut non fiant pignorationes coli. 5. & cap. si pignorationes de iur. in o. & innocentes pro peccato aliorum non possunt iuste puniri Sed contraria sententia Granado in 2. 2. contr. 3. tract. 13. disp. 4. sect. 8. numero 72. aliorum communiter, est probabilior, quotiescumque damnum illatum est graue, & certum & superiores illius reipublicae requisiti de iustitia, aut reculant, aut negligunt dummodo non plus damni inferatur quam ab iniuriis illatum sit, & parcatur Ecclesiasticis. Quia ob similem causam licitum est bellum quod licet causam grauiorem requirat, grauiora nihilominus mala secum trahit. Ad argumenta Loicae respondetur, iura illa procedere, quando non concurrunt conditiones recensitae, innocentes vero ut pars Reipublicae insensae non esse innocentes, sed culpabiles, & concurrere ad nostrum damnum, quatenus consentur quid vnum cum conciuibus infectis. Ex quo notant Budaeus in annos. ad l. aur. facta. §. ante. ff. de pan. repressalium usum produsse ab antiquis. par. 4. tract. 4. resolut. 72.

Si ad sine certa conditioni.

